



vim physicam arcanam ineffe literis ullis, aut notis, ad aliquem hujusmodi effectum producendum, ut docent omnes Patres, & scholastici Doctores, Divus Thomas, Gerson, &c. Antonius Del Rio, Tyræus, ipse etiam Ulpianus l. c. Leg. 1. D. De extral. cog. &c. Hippocrates medicus lib. de Sacro morbo, Galenus l. 6. & 10. Simplicius medicus, Langius, Valesius, Fernellius, Ferrerius, Petrus Gregor. Tolosanus, Scaliger, &c.

Talis autem est ratiocinatio Antonii Del Rio l. 1. Disquisitio. Magicæ. q. 4. quæ 3. qua sententiam illam confirmat: Nota, littera, verba nullam habent vim, neque artificialem, neque naturalem, neque supernaturalem ad hujusmodi effectus: igitur, &c. De artificiali nemo dixerit, aut etiam de supernaturali non enim Deus, aut boni Angeli ad præstigia operam suam locant. Naturalis nulla vis esse potest, & quia verba scripta, & nota sunt quid mortuum, & expers omni energie, nisi forte charta, aut atramentum vim hauriant, &c. Igitur nota, litteræ, verba, nihil faciunt ad morborum averruncationem, amoris excitationem, vulnere defensionem, &c. Atque ob hujusmodi rationes damnatur hæc antiqua characteribus magicis infigentur ab Ildoro Ligature exercitabilium remedium, imò irrita fuisse olim ab ipso Luciano in Dialogo De moribus Philoprophorum, adeoque ANTONINUS Caracalla, auctore Spartiano, gravissimis supplicis corum superstitionem compescere decrevit.

Quamquam vicia seu amuleta illa, quæ Catholicæ Ecclesiæ confessione probantur, notis, aut litteris insignita, vim suam habent, non naturalem illam ex numero figurarum, aut lineis ipsis, aut re quapiam simili, sed supernaturalem ex ope divina. Talia autem sunt Evangelium D. JOANNIS DAVIDIS PALMI, sententia aliqua sacra Scripturae, Agni cerei inscripti: quorum effectus supernaturales sunt, Deoque assignandi, si quando eveniunt. Quicumque autem effectus produciunt usu aliarum chartularum, demonis paciscentis artificio existit. Ita paruit in virgine illa GAZENSIS, quæ non vi philtiri, sed machinatione demonis, philtro tantum pro signo utentis inscripta corripita est, neque aliter de aliis omnibus existimandum est.

Quod verò atinet ad divinationem, quæ ex nominum litteris, aut notis numerorum capituletur, ea quia nullo Dei, aut Cælestis sanctæ promissio nitiatur, quia semper incerta, quia plerumque fallax, quia semper demoni locum aliquem tribuere videtur, anathematis pena prohibita est, cap. Sorites 26. questione 5.

Alioqui licet subinde exquirere rerum nomina notis involuta: verbi gratia, Antichristi nomen, quod Apostolus in Apocalypsi his siglis numerorum texit. DCCLXVI. quod nonnulli se fuisse ascensum putant, texendo nomen ex litteris eodem modo numeros continentibus, quale est. DCCLXVI. Et multa sane de illo nomine curiose scribit Ribera in Apocalypsi. Pater Alicæus, Sanderus de Antichristo. Ferrardens. &c. Reimundus item de Antichristo: & nos quædam habemus loco proprio de eodem. At credere magna quædam mysteria, ac vim singulari inesse numeris, & Pythagoræ, & Cabbalisticæ addiderunt: insignis insaniam est, helleboro purganda, & de qua eruditè multa observavit Petr. Gregorius Tolosanus l. 15. Artis Mirabilibus cap. 10. Cornelius Agrippa lib. 2. De occultis philosoph. capite 3. Galasio. libro 3. contra Judæos cap. 9. Philostratus de Vita Apollonii cap. 9. libro 3. & Cælius Rhodigin. l. 22. cap. 6.

Denique non sunt condemnandi erroris ii, qui pia quadam consuetudinis simplicitate, libri alicujus sacri pagellam aliquam fornicatè arreptam legunt, vel solatium alicujus capiendi causa, quod divo AURELIO Augustino fidenter, & de mutatione cogitandi usi venit, ut divinitus sibi dictum arbitrarentur, quod prima fronte in Paulinis Epistolis sibi offerbatur. Et multos dicere frequenter auidi, inquit Hermannus Hugo, libello de Descriptione, solitos se ex libello Thomæ à Kempis sic querere in more consoletationem, neque ferè unquam falli. Sane Pater Joannes David è Societate Jesu, Veridico quo Christiano extremo rotulam adjectam variis numeris illufam, alteri folio fenestratè suppositam, & cuius circumvolutione, novem semper, & novi numeri apparent, novarum, sed incertarum sententiarum (quibus totus liber resectus est) indices, ut quæ cuique sententia forte eeciderit, eam sibi dictam esse, inspiratamque existimet. Sed futura vellic conicere ex versibus ita fortuna oblatis, ut fecere Heraclius Imperator apud Cedrenum, & Andronicus apud Gregoram lib. 8. damnata superstitio est, cap. Aliquantum, & cap. si quis Clericos, 26. q. 5.

Scriptus, & in sergona nondum finitus Orestes, quem verum, & morem referit Sidorius l. 7. epist. ad Constantianum. unde & ab eodem Poeta secundum Cæli lectio: nem l. 12. c. 21. vocatur Transversa: Longi relogus transversa dieti. Quod spectat etiam Cicero videtur ad Attic. lib. 5. Venio ad transversum illum epistolæ tuæ versiculum. Martialis libro 4. Epigr. 87.

Vide pleaque Tit. de dignitate, & præstantia Scripionis, supra.

NOMINA SCRIPTURARUM VARIÆ.

Erunt isthac instar Campanici belluati tapetii varia, & illusa: forte ea gratia etiam yucunda, sis maxime, qui nihil volunt chartariorum nominum ignorare. En syllabum literarum ordine digestum.

Acta, sunt narrationes scriptæ rerum gestarum; unde & Gesta appellata. Plautus Truculentè: Quam accipias gesta tecum.

Duplicis sunt generis: Sacra, & Civilia. Sacra sunt Martyrum Acta, quæ quod a Notariis publicis, in Provinciis jussu Proconsulum adnotantur, dicta Publica, & Proconsularia, ut Baronius Cardinalis c. 1. de 1. Martyrolog. Roman. ex Divo Augustino, sicut Prædialia a Præfidiis. Infituit ea per sepe Diaconos primum conscribit S. CLEMENS; mox D. FABIANUS Pontifex per septem item Subdiaconos; ut habet liber Pontificum Damasi.

Civilia Acta fuerunt, in primis Acta Judicialia, quorum crebra mentio in Jure, & innotuissimæ dicuntur à Theophilo S. ultimo, Institut. de Curar. Deinde Proconsularia; de quibus Apulejus libro 1. Floridorum: Proconsul moderata voce rareret, & sedens loquitur, &c. Proconsul autem tabella sententia est; quæ utcumque recitata est, sita Provincie instrumento referetur.

Sunt & Natalitiorum Acta, sed obscurioris famæ: quam eam auctoritatibus aliquot illustrat Jurvenalis: Tollis enim, & tunc illi Athoriam aspergere gaudes Argumenta viri.

Servius 2. Georgic. In templo Saturni reponebatur Acta, quæ susceptis litteris faciende parentes. Huic ritui respondent libri, quos Parochi apud Catholicos singuli in templis suis asservare solent; inscriptis baptizatorum nominibus, & parentum.

Repagularia Acta, sententia sunt Repagulariorum discipulatorum, hoc est, commissariarum, qui ad fores curiæ sui dicunt, inquit Budens in Forensib. fol. 39.

Diurna Acta, Suetonius in Casare: Inito honore primus omnium instituit, ut tam Senatus, quam populi diurna Acta conscriberent. Tacitus libro 13. Diurnis urbis Actis mandare.

Accepti, & expensi tabula, diurnis hisce Actis eo tantum similes, quod quotidie in scriberentur. Ita Asconius. Moris erat unumquemque domesticam rationem sibi totius vitæ suæ per dies singulos scribere, ex qua appareret, quid quisque de redditibus suis, quid de arte, tenore, luore, fossuisset, quoque dies, & quid item sumptus; damniive fecisset. Erant verò eo dissimiles, ut observat Josephus Scaliger libro De charta contra Guilandinum; quod in adversa parte scriberetur ratio expensæ, in aversa, ratio accepti; unde utramque paginam facere dicebatur, quando rationes accepti, & expensi congruebant; five enim adversa pars quadrabat adversæ, quod item vocant paria facere, seu parari; cui contra-rium est reliquari.

Adversaria sunt chartæ, in quas levi manu ea coniecitimus, quorum veremur oblivisci, donec serio describantur. Aufonius vocat Chartas liturarias. Fiebant enim ex charta delecta, seu pagellis gypsatæ, ut Scaliger contra Guilandinum: Hæc delecti spongia tergebantur. De his Cicero pro Roscio Comæd. Quid est, quod negligenter scribantur Adversaria? quid est quod diligenter conscientiam tabulas? qua de causa: quia hæc sunt mentis, illæ ætæ: hæc sunt dejecta (ut Budens, coniecta) illæ in ordinem confecta. Dicta sunt Adversaria, non quod animum legentibus advertant, ut putarunt nonnulli apud Corass. l. 1. Miscellan. Juris. cap. 18. sed quod adversa etiam in parte quasi per neglectum scriberentur. Veteribus enim mos fuit scribendi res serias, una tantum in facie, ut ex illo Jurvenal. Sat. 1. colligi potest:

Scriptus, & in sergona nondum finitus Orestes, quem verum, & morem referit Sidorius l. 7. epist. ad Constantianum. unde & ab eodem Poeta secundum Cæli lectio: nem l. 12. c. 21. vocatur Transversa: Longi relogus transversa dieti. Quod spectat etiam Cicero videtur ad Attic. lib. 5. Venio ad transversum illum epistolæ tuæ versiculum. Martialis libro 4. Epigr. 87.

Inversa pueri arando charta? Et lib. 8. Epigr. 56.

Scribit in aversa Picens epigrammatica charta. Denique Theodoros Hermodolites ad L. notationem, De verb. signif. apud Cuiacium libro 8. Observeat. c. 15. Agitur oridit, pappi, vocat apocham scriptam à tergo chirographi. Scripta enim è duabus partibus, Plinius l. 3. epist. 5. ad Marcum, ut Cælius adnotavit, l. 7. c. 21. vocat Commentarios Opisthographos: quos valere etiam in testamento scribit Ulpianus; de quo Alciatus l. 2. Dispunditione. ultimo. Volater, quoque l. 33. scribit in hæc sententiam: Principes olim, sicut pletique hodie Reges, scribebant transversa charta, Primus autem Julius Cæsar, teste Suetonio, epistolæ in formam memorialis libelli redegeit, cum prius Duces, & Consules transveræ tantum scriberent charta. Notarii autem Adversaria sua vocant *avversaria*, hoc est, schedas primas, seu originales, quos Itali Bastardellos dicunt, ut Albericus scribit ad Legem contra. De fid. instrum. in Cod. Galli verò Minutus, quia minutis litteris scribuntur; quæ quando serio præscribuntur, dicuntur in mundum redigi, hoc est, sine litteris cum auctoritate scribi, & vocantur Instrumetum ingrostarum, ut Petrus Gregorius Tolos. in Synagm. lib. 48. c. 42. Et alii in Tit. Cod. de fid. instrum.

Adnotatio, seu Annotatio, significat subinde rescriptum, propria Principis manus scriptum; subinde brevem scripturam, ut privatum sine testibus factam, quæ quis sibi debitorum adscribit, inquit Briffonius de signif. verb.

Album fuit multiplex; pontificium, de quo Cicero 2. de Oratore: Res omnes singulorum annorum Pontifex Maximus referebat in Album.

Prætorium, tabula, in quam reorum nomina referebantur: quales duo illi libelli erant quos Protogenes Caligula servus circumferrebat; alter nomen gladii, pugionis alter inscripti, ut Dio narrat l. 59. & Suetonius, vide Ulpiamum l. 1. ff. de Albo, & Sigon. Quamquam habebant & Prætores album, in quo edita sua proponebant, ut prætulerent civis, scirentque, quod jus dicturi essent Magistratus, de quo Corass. libro 4. Miscellan. Juris. c. 6.

Album Decurionum. Tit. in D. De albo scrib. Ulpianus l. prima D. De albo scrib. Vide Corassium loco citato.

Album Cythæcedorum: Sueton. in Nerone, c. 21.

Album Judicum, apud eundem Suetonium, Tacitum, & alios.

Album amicorum, vulgari Proverbio factatum. Porro album vocatur non solum tabula, verum etiam ipse paries dealbatus, in quo Judicum omnium nomina scribebantur, ita contra Alecium Turnebus Prefatione in Plinium, & Gregorius Tolosanum l. 47. c. 24. ex Suida, qui ait: Album est etiam paries gyppo illitus ad negotiorum pollicitorum defectuam aptus. Ulpianus Leg. 5. si quis id quod. 7. de Juris d. om. P. distinguit item Album à charta, & tabella. Græci nunc *ἀναγραφὰ* vocant, olim ἀγορῶν: unde nostrum Album, inquit Festus vel ut Sabini, Album, unde Alpes, ob nivium albedinem. Lampid. in Alexandro Severo Album Judicum vocat Pittacium ἀναγραφῶν, opinor, quia pittacium tabella nigra est, pice pro cera oblita ad inscribendum. Nigrum verò quod Jure consiliis vocant, & Rubrum; sunt Leges nigre, seu atramento scriptæ, & earum tituli plerumque encasulo rubricati.

Annales hoc differunt ab Historia, inquit Servius, quod Historia fit temporum, quæ vidimus, vel videre potuimus; dicitur enim ab ἀνάσσειν, videre: Annales autem sunt eorum temporum, quæ atas nostra non novit, quæ ferè habet Gellius libro 5. cap. 18.

Antigraphæ, seu Antigraphum, appellat Rescriptum, quod Latini exemplum, barbari Copiam, esse sentiunt. Hinc qui hujusmodi exempla asservent, à Græcis ἀντιγραφῶν ἀστυγῶν, à Cicerone cultores dicti, Oratioe contra Rullum.

Apocha est Acceptatio; hoc est, scriptura, quam creditor facit solventi debitori. Jureconsulti vocant Securitam, barbari Quitaniam.

Antapocha, de debito cautio facta creditori à debitore in præstationibus annuis. Leg. Plures. De fid. Instrum.

Arrestum, scriptum proprie, quo vel persona alicujus, vel bona, vel loco moveri possunt, retinentur. Spiegelius & Budæus.

Authenticum, quod cum auctoritate scriptum est, auctoritate enim potestas est. Petrus Gregor. l. 48. cap. 14. Authenticum. Brisso. De signif. verb. quod vulgo dicimus Originale.

Auctionaria tabula, vocat Ciceronem in Cætilina: Meo beneficio tabula nova proferuntur, sed Auctionaria, quæ

ab eodem vocantur libelli, Orat. pro Quintio. Libellos Sexti Alphensius deicit, eos nempe quibus publice assignata bona proscribebantur, & in certum diem vendenda edebantur.

Autographum, propria manu scriptum. Corass. Spiegelius, Briffonus, &c.

Brevis, Breve, & Breves nominantur libelli, quibus & nomina debitorum, & privata quæque negotia annotantur. Briffon. Lazius, Spiegel. Brevis quidam inventus asseratur inter chartulas conficiat. Leg. ult. De confisc. deb. l. 10. Cod. ita Lamprid. in Severo: Pallum brevem retulisset, Breve nomen conscripsit. Popsic. in Arel. & Livius lib. 9. Decad. 4. In brevis coacta causæ. Milites suos sic scivit, ut in cubiculo haberet breves, &c. Lamprid. in Alexandro. Sic Brevia Apostolica dicta, quod olim imagine plumbea figerentur, nunc verò expediuntur sub sigillo breviori. Gregor. Tolos. l. 15. cap. 42.

Breviarium totius Imperii, Suet. Augustin. c. 101. Breviarium rationum Galbæ, cap. 12. Breviarium omnis cultura. Plinius lib. 18. Breviaris rationes, apud Scævola, Leg. ult. de pecul. legat. Breviculus, apud Spiegel. In Comment. Prudentii, quam voem quoque Alciatus restituit in Rubr. Cod. de sent. ex breviculo (non periculo) recitandis.

Bulla, scriptura est in membrana, plumbo, auro, & argento, vel ære funiculis pendente jure insignita. Rebuffus 1. part. præx. benefic. Sunt enim Bullæ Latinis resumptive, quales pueri de collo suspendi solent, vocantur autem Plumbatoris, qui plumbeas hæc bullas membranis appendunt. Vestrinus Odavian. libro 1. Introductionis in R. Aut. Ad. cap. 3.

Chirographum, cautio est propria manu signata, & scripta, unde proverbium natum Ciceronis: Agere tabellæ ob signatis, hoc est, ex fide chirographi.

Cautio autem generatim est omnis scriptura, quæ seu ad liberandum, seu ad obligandum datur pro chirographo. Briff. l. 5. De verb. signif.

Commemoratorium, invenitur Apud Augustinum contra Crescon. lib. 3. cap. 29. apud Optatum contra Parmen. lib. 1. pro Inventario, quo censæ erant bona Ecclesiastica. Baron. Tom. 2.

Commentarius, & Commentarium, in quo rerum capitula tantum ad juvandam memoriã scribuntur. Budæus, ita Diurni commentarii, apud Suetonem in Augusto c. 64. Pontificium commentarii, apud Ciceronem De claris Oratoribus. Barbari Rogitrum vocant. Festus ait, appellari solitos Monitorios. Symmachus Monitoria. Fuisse & commentarios, in quibus notabantur nomina captivorum, observat Horonius, qui verò hos servabat, dicebatur Commentariensis lib. 4. Cod. de custod. veor. vide præterea Budæum & Briffon. lib. 3. De signif. verb.

Condicta erant eadem, quæ programmata publicè fixa, ita vocata, inquit Festus, quod in commune dicta, ac decreta sint. Spartianus in Hadriano: Laborabat ut condicta militaria diligenter agnosceret.

Commonitorium legitur Leg. unic. Cod. De suffrag. significat scripturam conventionis apud Cassiodorum l. 7. Variarum. Pro commentario ad memoriã juvandam accipitur ab Augustino epist. 129. & 158. à Vincentio item Lyrensi lib. Contra profan. Nov.

Diarium (interpretamentum est Sempronii Afellionis; ait Gellius l. 5. c. 18.) idem quod ἡμερολογιον.

Digestum nomen primum inventum à Salvio Juliano, qui Jus civile, cum olim consuetum traditum esset, tamquam in H quandam artem illud digestit. Ita Alciatus Rubric. Cod. de edendo.

Diplomata sunt litteræ patentes, ut nunc loquuntur, ait Budæus in Pand. cujusmodi sunt Bullæ Pontificum, & Regum ita dicta, quod sint chartæ complicate, & lino trajectæ, Tales erant & Codicilli, Principum signis notati; quibus visis hipparchi vehicula, & equos curiores præstabant his, qui utabantur cursu publico. Ita Lælius de Rep. Rom. & Bud. Annotat. postea in Pandect.

Edictum, ut Hætic Arnass. scribit lib. 5. Romani appellabant *ἐδίκιον* *ἡμερολογιον* quæ ad novum *ἡμερολογιον*, nam, ut scirent civis, quod Jus de quoque res Magistratus dicturi essent, edita proponebant. Ita Briffon. l. 5. de signif. verb.

Elogium subinde significat causam datæ, vel negatæ hereditatis, testamento expressam. Exemplum datæ est apud Senecam 2. Controv. Reliqui hæredem, & elogium adjectum, quia pudicam comperit. Negata, apud Ciceronem pro Cluent. Elogium recita-

recitati, &c. idcirco se exheredasse, &c. apud Quintilianum libro 7. c. 4. Si exheredatum pater à se filium elogio fuerit testatus, propter quod is, &c. Subinde Elogia sunt unum pro notioris, seu iudicis criminum, quæ vulgus vocat Informationes. Ita Tertullianus Apolog. c. 44. Tot apud nocentes, variis criminum elogiis recenserentur. Sueton. Calig. c. 27. Nullis inspecto elogio, ad quæ verba Turnebus lib. 18. c. 5. Multis nomen hoc suspecti criminis est in causa est, quod extrita una litera c, pro Eclogio, Eclogium dici animadvertit: Eclogium autem ab Eclogæ deducitur, hodieque ἐκλογίαν apud Suidam reperitur. Alii quasi Ellogium interpretantur, derivantes ab ἐλόγιον, quod titulus, & testatio sit commemorans vitia, & virtutes. Vide ibidem Torrentium.

Ephemeris, Diarium, seu Diurnum, ut Budæus legit illud Juvenalis. *Relegit transfusa diurni.* Gellius l. 5. c. 18. Cum non per annos, sed per dies singulos res gestæ scribuntur, ea historia Græco vocabulo ἡμερησίου dicitur, &c. Latine Diarium, ut supra. Proprietas. *Fortè faceret duras inter Ephemeridas.*

B Eulogia erant breves chartulæ eorum, qui dabant militibus stellataram, hoc est testeram annonariam loco stipendii. Lantius l. 2. Reip. c. ult. Fasts, & Fastus, libri, quibus festivitatum dies, & earum causæ explicantur, à Græcis ἡμερησίων vocantur: ut Scaliger in Fests. De Fasts Christianorum Tertullianus lib. de corona milit. t. Habes tuos census, tuos fastos, nihil tibi eum gaudiis sacculi. t. Hocce primus scripsit non Eusebius Cæsariensis, ut contra Bed. Walfrid. & Molanum docet Cæsar Baronius Prolegom. Martyrologii sui c. 8. sed ignotus quispiam ante tempora Divi Gregorii Magni. Romanorum Fastos elegantissime complexus est Ovidius libris tribus: Eccllesiasticos autem totidem quædam Novidius, sed omnino ingratis, & averfis Mahus, ut memini olim arguto carmine lulisse Bernardum Bufium, quod nondum adpexit lucem. Consulares Fastos doctissime scripsit Michael Beuterus Gallus, Onuphrius Panvinius, & Stephanus Pighius, olim Verrius, qui eos prope statum suam fecit incidere: ut Sueton. lib. De claris Grammaticis.

Imbreviatura apud Bald. ad Rubr. De fid. instrum. l. 9. Albericum ad Leg. C. de ad fid. instrum. idem est quod abbreviatura. Indigentiam, ἰσχυρὰ ἰσχυρὰ. Gloss. nam quod in Felto legitur aliter: ex Paulo Diae. est, ait Scaliger.

Instrumentum, omne scriptum quod ad instruendam causam pertinet, Spiegelius, & Brissonius, & Petrus Gregor. in Synonym.

Inventarium, seu Repertorium. Leguntur in Leg. Tutor. De adm. tut. 2.

Kalendarium, liber pecuniae fœnebris, solebant enim in Kalendas fœnerari. Martialis lib. 8.

Centum explicantur pagina Kalendarum. Seneca in epistol. Divitem illum putas, quia magnus ei Kalendarum liber voluitur. Ovid. 2. de Rem. Am.

Qui puteal, fanumque timent, celestique Kalendas, Torqueat buc aris mutua summa sui. Libelli sunt, quos vulgus vocat Requætas, seu Libellos supplices, varia autem libellorum generalia quærenda apud Jureconsultos.

Laterculum, liber erat continens totam officiorum, ac dignitatum administrationumque civilium, ac militarium rationem, inquit Brissonius l. 10. Βυζάντιον ἱστορίων τῶν ἀρχαίων παρὰ τὸν βασιλέα, inquit Appianus. Majus laterculum apud Principem, minus apud Quæstorem erat. Sic verò dicitur, quod in eo lateant arcana: ut Laurentius de Repub. Vide de eodem Notæ Casauboni ad historiam Augustianam. Mandata libera erant chartæ signatæ, quibus vices alicui mandabantur rerum cum auctoritate quærendarum. Livius lib. 8. Decad. Legati ab Ætolis cum mandatis liberis ad Consulē venerunt.

Matrices, & Mariculae, quarum mentio in poster. lib. Cod. libelli in quibus nomina militum, & eorum, qui fisco pendunt. Rhebanus in Notis Tertulliani.

Notitia, libellus, in quo descriptio status, & totius administrationis vocatur ab Imperatoribus junioribus, inquit Brisson. Notorium, pro iudicio criminis sumit. Lex 6. §. Nuntiatores. ff. ad S. C. Turpil. Leg. 6. Cod. De accusi. Augustinus epist. 160. ad Aprigium vocat Notariam, quemadmodum & Apulejus lib. 7. de Afin. ἰσχυρὰ Trebellian Claudio, quamquam Baronius Tom. 2. observata ab Augustino epist. 150. ad Marcellianum non Notariam, sed Notarium dicit.

Pandectæ, Comprehensivioribus, quasi omnia continens,

inquit Spiegel. unde Justinianus Digestum vocat Pandectas, quod in eo omnes ferè Leges.

Poliptici, non sunt chirographa, vel apochæ ( ut malè Alciatus inquit. ) Cuiusmodi, q. Observat. c. 27. sed rationes publicæ, ut constat ex Pege. l. 11. ἰσχυρὰ Castrod. l. 5. Varias.

Programma edicta apud Castrodorum l. 1. in epist. Theodorici ad Pop. Rom. item lib. 2. epist. ad Senat. Rom. Libro autem 5. epist. 2. ad Strabul. vocat Titulum, pro eo quod nos dicimus Edictum valvis affixum.

Rationem, ait Cælius lib. 12. c. 21. invenias pro libro, in quo vel contractum, vel gestarum rerum rationes comprehenduntur, unde Rationarius apparit, Marcellino; Ratiocinator, Columellæ, qui præcæ rationibus: Rationales vocantur à Lampridio. Rationarium imperii Suetonius nominat Augusti c. 18. Rationes imperii, in Calig. c. 16. Rationes libitinae, in quas peste mortui referabantur, in Nerone, quas Scaliger in Eusebii Notis, vocat Ephemeridem libitinarum.

Rescriptum, ait Spiegelius, videtur significare id genus, quo Imperatores, aut Pontifices summi consuleribus eos respondent, eujusmodi sunt, quas vocant Literas decretales, idem ferè Brisson.

Sacra literæ sunt, quæ & Codicilli dicebantur, & inclinante Imperio, Indictiones; nunc verò Literæ credentis. meminit earum Symmachus l. 2. Epist. Sidonius epistola ad Papinianum vocat Codicillos: Castrodorus l. 5. in epist. Theodorici ad Cyprianum, Indictiones.

Schedæ & Schedia, tabellæ, quibus supputatores utuntur ad scribendos numeros; ut mox deletili sponsia detergi possint.

Signatura, Scriptum summi Pontificis papyraceum, sine sigillo, hoc enim differt à Bulla, quæ membranacea. Pet. Gregor. l. 17. c. 15. & à Diplomate, quod in charta signatur. Ibid.

Summarium Auctor est Seneca in Epistolis antea vocatum fuisse Breviarium.

Syngrapha Latine sonat Conscriptioem, quod utriusque manu conscripta utriusque partibus tradi solet. Ita Spiegelius. Freisius verò in Verrin. 1. Syngrapha, inquit, tabella est, in qua per scripturam pactio, utriusque paciscentis manu obsignata. Syngraphæ autem tantum in Græcia fœbant; nam Romæ pactioes hujusmodi referabantur in Cod. accepti, & expenti.

Hoc porò discernit esse inter Syngraphas, & Chirographum, G ait Aconius Verrin. 3. quod in Chirographis tantum, quæ gesta sunt, scribi solent, in Syngraphis etiam contra fidem veritatis pactio venit, & non numerata pecunia, aut non integrè numerata pro temporaria voluntate hominum scribi solent, more, institutoque Græcorum. Malè igitur Spiegelius, & Alexand. Neapolitanus cum Budzō faciunt syngrapham uno ex latere scriptam, ut bene Thiraquellus, qui addit syngraphas tantæ fuisse auctoritatis, ut eas abneque summæ haberetur perfidia. Inde tamen natum illud in falsarios dictum apud Suidam: Non est idem scriptura, & Leucippus.

Συμδύναμη ἰσχυρὰ, ait Budæus in Comment. esse notas quasdam epistolares, indices & commendaticios eorum, qui eas reddebant: item diplomata, quæ iisdabantur, qui cursu publico utebantur.

Tituli, programmata, ut supra ex Castrodoro: dicti non à tutando, ut Varro; sed παρὰ τὸ τίον ἡμῶν ἔλεγχον, inquit Scaliger l. 1. Poetic. c. 9. ἰσχυρὰ 1. 3. cap. ult. differt ab Elencho, quod hic non sit unus titulus, sed multi.

Translatia edicta sunt, quæ Prætores ex aliorum edictis, vel integra, vel partem transferebant in sua edicta nova. Aconius Verrin. 1.

SCRIPTIONIS XPHEIE SCRIBENDI EXERCITATIO ORITA. RATIONE HABITA SUBJECTI SECUNDUM SUBSTANTIAM, DE QUIBUS rebus scribunt.

SCRIBERE VARIA.

ORIGENES opus quoddam, varias tractans materias, ἐπιμετρίως inscriptis, sumpta metaphora ab auleis, & stragulis picturatis, quibus olim divites impense delectabantur. Quod ad hominem versipilem transferri potest. Ebrajanum in Adagio.

FICTA. SOCRATES cum audivisset Platonem recitantem sermonem, quem scripserat de amicitia, vocatum Lysin, admirans inquit: Ut multa de me mentis esse hic adolefcens, non pauca enim nunquam à Socrate prolata scripsit, ac personæ ipsius falso attri-

attribuit. Neque tamen hoc intellexit Socrates, peccasse Platonem aliqua in re, sententiæque abhorrentes à iudicio suo sibi assignasse: sed tantum locutum eum cum alicui, qui in eo sermone inducebatur, quæ nunquam locutus fuerat, atque eo libertius uti suspicari licet i sanctissimus senex amovit à se sententias illas, quæ prima pars ejus sermonis confumitur in lascivo, delicatoque amore ostendo. Laertius. At Gorgias cum dialogo Gorgiam legisset, converso ad eos, qui præfentes aderant, affirmavit; nihil eorum se neque protulisse, neque audisse à Platone. Prorsus enim ille studuit opiniones eas, judiciciaque de illis rebus à se amoliri: mendacique arguere, quod à malevolò animo proficisceretur. Alii verò tradunt eum dixisse, egregie scire Platonem ledere, quos vel ita, ac notas inurere ad verbaris. ἰσχυρὰ, ἰσχυρὰ ἰσχυρὰ ἰσχυρὰ. Videtur lib. 13. variarum Lection. cap. 19.

ACTA. FACTA.

Res omnes singulorum annorum mandabat Literis Pontifex Maximus, eferbatque in album; & proponebat Tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi. Cic. 2. B. de Oratore.

Edicta.

Ut Pontifex res gestas, sic Prætores edicta sua in album referabant, & proponebant Tabulam in publico, potestas ut esset populo cognoscendi, quemadmodum anno quique fui ei dicitur esset. Moris autem fuit, ut Album hoc Prætoris penderetur, sic tamen, ut de plano legi possit. Hotoman. Comment. Verborum juris.

Iussa, mandata.

Pallas libertus Claudii Cæsaris libertos suos non modò non dignabatur alloquio, sed etiam nihil unquam domi, nisi uno, aut manu significare proditur à Cornelio Tacito: aut si plura demonstranda forent, scripto utebatur, ne videlicet vocem cum illis confraedat.

Quantitatem. Scriptio

Multa. Qui multa scripsere, Πονυρῶποι.

C Salomon Rex Judæorum sapientissimus, de omnibus rebus, quæ natura sunt, scriptis dicitur, ab hyssopo ad cedrum Libani, & juxta Josephum lib. 8. Antiq. cap. 2. Scripsit libros odorum, & earum quinque, supra mille paraboliarum librorum mille.

Zoroastres Persa vicies centum millia versuum de Magia edidit, teste Hermapio. Plin. lib. 30. c. 1.

Aristoteles & multa scripsit, & ea arte, atque diligentia usus est, ut superiores omnes vicierit, posterioribus omnibus palmam præripuit. Laertius supra cccc. volumina scripsisse ait, catalogum librorum ejus confecit, sed in quo præcipui eorum, quos nunc habemus, desiderantur, ut sunt Ethica, Nicomachia, Magna Eudemia, Rhetoricorum libri tres, Physicæ acroasos, lib. 8. de Cælo, de Ortū, & Interitu, & Meteoris, & similes.

Theophrastus ad trecenta volumina reliquit. Quorum catalogum ex Laertio petas.

Demetrius Phalerus, Theophrasti auditor, librorum multitudinem, & versuum numero omnes ferè suit temporis Peripateticos superavit. Laert. lib. 5.

Epicurus Athenensis infinitos libros scripsit, omnesque alios copia superavit. Eum amulatus est Chryppus. Laertius D lib. 10.

Apollodorus, ἰσχυρὰ τὸν Περικλέους dictus, Epicuri discipulus, ultra quadringenta volumina scripsit. Similiter etiam Sidonius, Apollodori auditor. Laert. in Epicuro.

Cryppus Solensis, discipulus, & successores Cleanthis, Epicuri imitatione supra 700. volumina scripsit. inter quæ 311. Logica fuere, Laert. ἰσχυρὰ Suidas. Quin.

Dicitur ἰσχυρὰ plauris vixisse poetaia Thepsis. Democritus Physicus, oculis orbatus, plura, quam tota Græcia videre potuit. Nihil enim est in tota rerum natura, de quo scribere non tentavit. Sabell. lib. 2. c. 1.

Antithenem, quoniam multa conscripserat volumina, Timon appellare solebat τρωπιὸν ἰσχυρὰ, id est, ingeniosum nugatorem. Non tamen dixit ἰσχυρὰ sed τρωπιὸν, quod ingenio ad quida versatili varia tractaret argumenta, & in his quædam non digna philosopho. Laert. lib. 6. cap. de Vitis.

Demosthenes Thucydidem octies ferret extripsisse, ut ejus stylum sibi familiarem reddere.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

ARISTARCHUS grammaticus Alexandrinus, discipulus Aristophanis grammatici, Olymp. 156. sub Ptolemæo Philometore scripsit Commentarios supra mille. Suidas apud Ptolemae. lib. 13. cap. 4.

Servius Sulpicius libro 180. de Jure civili edidit. M. Varro, Romanorum doctiss. libros scripsit supra quingentos, quorum pars maxima Triumviri tempestate perierit, bibliotheca ipsius direpta. Gellius lib. 3. ex Varronis primo Hebdomadum libro refert, eum anno 84. scripsisse 400. libros. Augustinus hunc apud Latinos, ac Originem & Didymum apud Græcos plus cæteris scripsisse asserit. Tam multa legit, ut aliquid ei scribere vacasse miremur: tam multa scripsit, quam vix quæquam legere potuissē credamus. Ejus lucubrations pulcherrimo encomio prosequitur Cicero in 1. Acad. Quæst.

M. Tul. Ciceronis assiduum studium libri illius testantur, tum quos habemus, tum etiam quos desideramus. Illud mirum est, inter tota Reip. procellas, atque tempestates eum vel ad cogitandum locum, vel ad scribendum otium habere potuisse. Vide Plutarchum.

Omnium studia, diligentiamque C. Plinius studio suo superavit: qui quæquam in armis, & magistratibus obcurant totam transegerit vitam, neque aliquid, quod agendum esset, omiserit: tam multa, tam doctè, atque ornate scripsit, ut etiam otioso perdifficile sit, omnia, quæ in scripta reliquit, perlegere: nam præter Naturalis historis libros, opus diffusum, atque varium, infinita penè alia edidit. Fulgencius libro 8. cap. 7.

Didymum grammaticum Alexandrinum, qui Romæ docuit, appellat Demetrius Træzenius Bibliolatham, eo eorum commentariorum multitudinem, quæ edidit: sunt enim tria millia supra quingenta. Athenæus lib. 4. cap. 4. Eandem ob causam Chalcenteros, id est, æneis intestinis præditus dicitur. Vixit sub Augusto. Suidas.

Galenus scripsit plurima, non solum in medicina, sed & in Philosophia, Grammatica, Geometria, ut auctor Surdas est, sed & ipsæmet librorum suorum, & numerum, & rationem, ac modum exponit, in duobus operibus huic rei dicatis, quibus partem eorum jam tunc interisse docet, incendio templi Pacis (quo simul omnes etiam Bibliothecæ Palatii conflagrarunt) in quem locum reponere labores suos consueverat ejus temporis scriptores. Porro qui Galenum scribit, commentandique diligentia vicierit scriptorum, ut in singulis prope artibus numero superavit, invenias neminem. Ad quingentos enim omnes scripsit: quod vix scribendo tantum absolvere quispiam, nedum medians simul, ac literis mandare potuisse creditur: quorum tamen vix dimidia ad nos pervenit pars, ut doctissimus Julius Alexandrinus animadvertit. Horum alii incendio consumpti: alii propter barbariem temporum secuturam in Asia, Græciæque, aliter ob causas perierunt: aliqui forte, quod declamatoriè, & juventiliter conscripti essent. Joan. Fernelius verò in Medicina suæ præfatione, præter ducentos, & quadragintas inquit, quos de aliis disciplinis, & Medicina supra quadringentos conscripsit. Galenus (inquit Athenas in Dipnosophistis) tot philosophica, & medicinalia volumina condidit, ut scriptores ante se superavit omnes. Gesevius in ejus vita.

Chrysanthius Sardinus sophista, Juliani Imp. familiaris, octogenario major propria manu tantum librorum exaravit, quantum vix alii juventa florentes legunt: Quod factum est, ut extremi digitorum articuli ob jure scribendi exercitium curvati, contractique fuerint. Eunapius in ejus vita. H

B. Augustinus, cum jam nonagenarius esset, non minus operose exercuit divinarum literarum studia, quam juvenis media ætate fecerat. Scripsit itaque plura quam quisquam legitur: si verus est Possidonius, is decipi eum opinione credidit, qui omnia, quæ Augustinus scripsit, arbitraretur se legisse. Accessit his quod hominis vel felicitati, vel sapientiæ potius assignari possit) auctoritas tanta, ut nullus scriptis post Evangelicam historiam, Tarsensisque Pauli, major hominum contentus accesserit. Sabell. lib. 1. cap. 7.

Origenis sena millia librorum legitse se Divus Hieronymus scribit, eumque M. Varroni confert. Auxerunt aliorum studia Bibliothecæ, ac per partes complevere: unus Origenes ingenii felicitate bibliothecam unam, quamvis ingentem, implere potuit. Idem Ambrosii sumptibus septem notarios, iisque additos plures pueros fatigabat scribendo. Itaque τρωπιὸν ἰσχυρὰ, id est, Compositior dictus est. Fulgencius c. 7. ἰσχυρὰ Egnat. eodem, ex Suid.

ISIDORUS Pelusioses philosophus orator, scripsit epistolas ad tria millia facies enarrantes libros; ut Suidas ait. Quamvis nunc paucissimas extant, nuper ab Andria Scoto e Societate Jesu luce donata.

PAMPHILUS Cæsariensis tanto erga sacras literas studio flagravat, ut maximam partem voluminum Origenis sua manu scripsit, qui tempore divi Hieronymi in Bibliotheca Cæsariensi adhuc extiterunt, ut Hieron. ipse in lib. de viris illustribus testatur. Idem ait in Comm. suis in 12. Propb. scriptus, se viginquique libros manu Pamphili Cæsariensis exaratos servare, tanquam Cæsi opes. Antonin. tom. 1. tit. 8. Hist. Polat. lib. 18. Anropb.

NARRAT CÆSARIUS, & ex illo P. Greg. Tolos. lib. 15. de Repub. c. 9. n. 3. in Arinsberich monasterio Ordinis Præmonstratensis, scriptorem quendam fuisse Richardum nomine, natione Anglum, qui plurimos libros in eodem Cœnobio manu propria conscripserat, mercedem sui laboris præstolatus in Cœlis. Et hinc, cum fuisset sepultus, post viginqui annos in ejus sepulchro manum dexteram tam integram, tamque vividam fuisse reperlram, ac si de corpore animato recenser fuisset præcisa, reliqua carne in pulvere redacta. In cujus miraculi testimonium, ait, dictam manum in monasterio reservari.

Inter illos etiam, qui multa sive eruditionis testimonia reliquerunt, Clemens Alexandrinus, Chryostomus, Zeno Episcopus Veronensis, Athanasius, Hieronymus, Cyrillus Alexandrinus, Isidorus Hispalensis, Beda, Anselmus, Richardus, Vincentius Belluacensis, Albertus Magnus Thomas de Aquino, Bonaventura, Bernardinus Senensis: ac sæculo 15. Erasmus Roterodamus, cujus tamen nonnulla opera expurganda; Martinus Navarrus, Dionysius Carthusianus, Tostatus, Abulensis, Panormitanus. Denique sæculo postremo Benedictus Pererius, P. Gregorius Tolos. Franc. Soares, Thomas Stapletonius, Cæsar Baronius, Justus Lipsius merito accenseri debent, quorum lucubrations videre est apud Bellarm. de Scriptor. Eccles. Posservimus in Bibliotheca. Triboemium, & alios.

\* Neque sua laude carere hic debet Theodorus ZWINGERUS, qui Theatrum hoc olim disposuit, & ad suas classes redegit: majori encomio dignus, si non in plerisque Scriptores male fidei adhibuit, & non magis laborasset multa adversus Ecclesie dogmata & in illius odium, quam pro veritate, & decore domus Dei, suo operis impingere. Ipsi interea laboribus vetus Theatrum potissimum debetur.

\* Præters vero sæculum lucubrationsibus suis eruditissimis illustrant Robertus Card. Bellarminus, Gabriel Valquez, Jacobus Gretzerus, Nicolaus Serrarius, Martinus Becanus, Johannes Lorinus, Fronto Ducæus, Cornelius à Lapide, omnes à Societate Jesu Theologi, ac Philosophi; & Leonardus Marius Professor ejusdem facultatis Coloniae, quorum duo posteriores per eruditos Commentarios ediderunt in plerisque facræ Scripturæ libros, ac in reliquis vita comite, & confimiles etiam pollicentur, ceteris, uno fortassis, aut altero exceptis; vita hæc mortali ante paucos annos defunctis, scriptorumque monumentis æternam victuris.

\* Etiam Abraham Brzovius ex ordine Prædicatorum, strenue hoc tempore laborat, in supplemento historiae Ecclesiasticae per Cæsarem Baronium usque ad annum Domini MCC. tomis XII. deductæ. Quomodo etiam nuper eadem à condito Mundo atresuit usque ad Christi tempora Augustinus Torjellus Congreg. S. Pauli Clericus Regularis.

D \* Cæterum plures modo in quavis facultate reperire est, qui nominis sui famam, magno Reip. literariz ornameto, scripsit suis extendunt, cum nullum fuerit sæculum æquæ cum isto seculum, crescente Doctorum viorum numero, humanoque ingenio secretiora Sapientiz penetrata vestigata, & excitatis ad literarum studia passim Religioforum ordinibus.

Interrogatus Charilanus, cur paucas admodum leges sanxisset Lycurgus? respondit: *ὁλίγα λέγοντες ὀλίγα γὰρ ἔργα τῶν θεῶν.* Paucas dicentibus legum item paucitas sufficit. *Plut. in Laco.* Similiter Plato in *Polit.* ut morborum multitudinem inemperant, sic Legum inpropterea multitudinis indicium esse statuit.

*Longa, prolisa.*  
ANTIMACHUS Colophonius in Thebaide sua aliquot libros insumpsit, anequam septem ad Thebas perduceret. Itaque ad prolixitatis fastidium ab auditoribus omnibus, excepto Platone, desertus fuisse narratur.

GALENUM multi Asiaticæ redundantie insimulant, quod *πολύ γράφει* nimium, multa artium, librorumque congerie mul-

torum studia resinguat, & ad rem properantes distinet. Eum quidem fatemur, mita persuadendi necessitate disputasse subtilius: sed quod iniquè minimè statuisse universam artem complere, brevem præcipiendi legem non observasse: eadem identidem locis compluribus inculcasse, nunc hæc, nunc illuc studio reprehendi avidè ferri, siquæ sepius ambiguitate lectoris animum distrahere. Sed ut in multis quantum dicendi copia possit, ostendit, ita in duobus ad Glauconem therapeutica, arte Medica, & de Constitutione artis, quantum artificiosa brevitate valeat, declarat. *lib. 3. de offic. respirat. malle se esse loquacem scribit, quam suspiciorem falsi dogmatis incurere, hujus enim nulla solatia esse ait, loquacitatis verò aliqua. Deinde hortatur eos, qui etiam pauca fastidiunt, ut quæ voluerint, sibi deligant, reliqua ceu non scripta transgrediantur. Quemadmodum enim (inquit) in splendida epulatione cum multa sint apparta, alius elegit, hoc quidem ut dulce, aliud verè ut salubre: sic etiam sermonem apparatus esse oportet, electionem autem in utentibus.*

*Brevis.*  
COLON brevis, ac paucis multa comprehendens, gravis putat, ac vehementius Demetrius Phalereus *περί βραχυτάτων*: proinde, inquit, Lacones *βραχυλόγοι* in primis. Imperitis quoque concisa, adductaque oratio præcipue congruit. Et quolibet dominus sermo monofyllabus est. Productior verò orationis tractus supplicanti, legentiumque proptius. *Cælius lib. 18. c. 4. Antiq. l. 6.*

PYTHI Apollinis templo non Iliada, non Odyssæam, non Pindari pœnas inscribere Amphichyones: sed, Cognoscere ipsum. Nihil nimis, Fidei iustioni præsto esse notum. Apollo ipse in responsis affectator erat brevitatibus. Inde certè additum Loxiz, id est, obliqui, cognominem putant, quod loquacitatem, & verborum collisionem tota vi reclinant, magis quam obsecuitate. *Cælius lib. 13. c. 5. Antiq. l. 6.*

CUM ATLYTES imperasset, & scripsisset quiddam Lesbii, superbe: nihil respondit Pittacus, tantum cepas, & panem calidum esse iussit. *Plut. in Convivio.*

Imbueant Spartani pueros, ut oratione uterentur, quæ si conditum venustate haberet, ut oratione uterentur, quæ si conditum venustate haberet, & multum paucis in verbis sensus. Ferris nimis Lycurgus ex magno pondere exiguum valorem fecit moneta: Ieronimus contra in jejuniis, & contrahis verbis copiosam, & gravem inclusit sententiam, multo silentio eos, sicutum ut dicerent, & essent in respondendo acuti, molens. Siquidem ut semen est eorum, qui effusi in Venerem sunt, effectum plerumque, & insecundum: ita eloquentia immoderata sterilem effundit, insipidumque sermonem. *Plut. in Lycuro.* Hinc laus celeberrima: Sicuti ferrum atemperant Celibetes, ubi in terram defoderint, ac redundans terrefretere absterferint, ita & Laconicum sermonem nullis operum corticibus, omnibusque, quæ superfluum, resectis eam habere temperaturam, ut rerum modum vim efficacius persequatur, exprimatque. *Cælius lib. 13. c. 5. Antiq. l. 6.*

CHILO Lacedæmonius, unus è septem, in loquendo brevissimus erat. Eam ob rem Aristagoras Milestius hunc loquenti morem Chilonium appellat, *τετὴν Λαέρτιο.*

Hæc dicit AMMON, Placere sibi magis Lacedæmoniorum benedictionem, quam reliquorum cuncta Græcorum facta. Benedictionem verò, inquit Plato, nullam proferunt aliam Deum mihi dixisse videntur, quam illorum orationem: permultum enim illa à cæteris differt. *Plato in Alcibiade 2.*  
Veteribus id fuit in Græcia percelebre, facilis multo esse philosophari, quam Laconum sermonem imitari. Disceptantibus Lacedæmonius cum Argivis de finibus, verbosostorem paulo epistolam illi Spartam misere, mimantibus, plurima se illis detrimta illaturos, ni cederent. Lacedæmonii, nil aliud scribendum censuerunt, quam verbum unum, *ἀνά* hoc est, Si veluti infamarent, Si prævaleris, ista exequemini, quæ nunc tumidius promittitis. *Cælius lib. 18. c. 4. Antiq. l. 6.*

PHILIPPO Mæcedonum regi iniqua postulant (*Plut. de Garrulitate*). postulasse scribit, ut se in urbem reciperent) Lacedæmonii rescripserunt, *πείθει ἢ ἔπεισε ἢ ἔπεισε.* De eo, quod ad nos scripsisti. Non.

Idem cum Spartanis fines ingressus quævisisset, Utrum vellent amicum an hostem se venire? Rescripserunt, *ἢ δ' ἔπεισε.* Neutrum. *Alex. ab Alex. lib. 2. c. 19.*

Lacedæmonii ad Philippum: Dionysius Corinthi. Eidem, cum eis scripsisset: Si Laconia arma intulero, exterminabo vos: rescripserunt, Si. *Plut. de Garrulitate.*

ARCHIDAMUS Agefilai ubi incurfavit in Arcadiam, nunciato

ciato fere eis Elios suppetias, scripsit his: Archidamus Elio: A Præclara res otium. *Plut. in Aspob.*  
Lysander superatose dolo apud Egos fluvium Athenienses, fameque pressos ad dedicationem compulit, scripsitque Ephoribus: Capta sunt Athenæ: Tum Ephori responderunt: Sacerdotes capi. *Plut. in Aspob.*

Brevitatis fure & Argivi studiosi. Proinde in Pindari Isthmisiis *ἄλλοτερον πρὸς*, id est, Argivum modum, pro brevi positum animadvertimus. *Cælius lib. 8. c. 4. A. L.*

Leo Byzantius sophilista, Philippo Byzantium oppugnare volenti occurrens: Dic age, inquit, Philippe, quæ te causa trahit oppugnatum nostra memia? At ille: Amor, inquit, tuæ patriæ, qua ut potiar, veni Leo excipiens: Atqui, respondit, non instrumento bellico, sed musico amantibus est opus. Quo dicto ducentem à bello Byzantino averit. *Philobitatus.*

Philoxenus Dithramborum poeta, cum Dionysii tyranni metu, quoniam contra ejus amicam Galatæam fabulam composuerat, Tarentum diverstifecit, & à tyranno per literas revocaretur, accepto libello, primam tantum Græcorum literam in eo perscripsit, A qua particula Græci abnegando utuntur. Alii tamen rescripsisse ajunt. Hinc proberimus, *ὡς ἔστιν ὑπερβαίνει*, de his, qui quæ rogantur, non obtemperant. *Gyraldus, Dialogo 9. Hist. part.*

M. Brutus breviloquentia Laconice studiosissimus. *Plut. in Bruto.*  
Alexius Comnenus imperio accepto statim abrogationem gestorum à Nicephoro Botaniate decrevit, ac brevi syllaba, multa ab eo constituta, & facta deletit, Lacones imitatus *Cospiannus.*

MODI. QUOMODO, HUC PERTINENT SCRIPTIO DISTINCTA.

Ant. Contius *l. 1. Subsecivorum lect. c. 8.* de verbis agit, cum Justinianus dicit se Pandectas cæ. mille verbis ex immenso oceano veterum I. C. descripsisse, & versus lineas interpretatur, cum *Duarenus l. 2. Annoverf. Disput. 6.* periodos fuisse putat, quod olim quoque Biblia sacra per periodos distincta fuisse traduntur. Contius Suetonii auctoritate in Augusto item Afconii Pediani & Cæsaris, verum pro linea fumi adstruit: quin etiam si Pandectæ Lutecianæ à Guillarda excocta expandantur, ad 130. millia linearum prodire. Sed his addi potest, quod *εἰς χρο* Græcis ordinem falconum aratorum dorum significat: & Latini Versum vocant eundem, à versione aratri, quæ metaphora lineæ certe solis convenit, unde etiam verbum, Exarare pro scribere: Jam verò cum primi apud Græcos fuerint poetæ, omnium testimonio, qui scriperint, primi etiam verbibus usi sunt, ita ut uno veru unum metrum complecterentur, & una linea unum versum abfolverent. Ab his sumpto exemplo, reliqui etiam scriptores prose orationis suas lineas versus nuncupasse videntur. Et ne facta auctoritas obstat, illud apud Caballistas receptum, Pentateuchum à Moyse unico verbo abfolutum, hoc est, nullam distinctiorem vocem fuisse, sed perpetua, & æquali distantia literas omnes descriptas, quas posteri distincte. Hæc ergo, licet versus continuus sub invicem fuerint, nec ulla periodorum evidens nota: a lineas tamen fuisse necesse est. Nec hoc apud Hebræos tantum sed antiquitates etiam Italice multe hanc literarum coherentiam habent, & distinctiōnis causa punctum vocibus interponitur, versus ultimi.

D. hæc voci nullum addit punctum, quia nulla vox alia sequitur. Præterea eadem antiquitates imparibus, quo ad longitudinem constantes versus (forte ut saxa minus sentirent injuriam mutilationis) versus lineas esse convincunt. Aristoteli Laertius scribit XLI. verbis libros suos abfolvisse, Theophrastus vicis mille. Quod si lineas intelligamus, quæ ritus, cur ab istis libros suos metirentur? An certam chartæ simul, & characterum magnitudinem habeant ( ut quæ magni pretii essent) certum etiam linearum numerum, ut facile fuerit illis hæc ratione metiri scripta: cum non propter chartæ vitiatem, & chartæ & characterum formam mirum quantum variemus?

Distinctio Voluminum per Libros, res est verustissima. Sic & quinque libri Moysis antiquitate primi. Per Capita, quæ *καπιτάκια* Græcis, recens in ventum, quod interrupta libri continent, novum vel initium, & caput fiat. Urise habet liber ad volumen, sic caput ad librum. Græci interpretes Aristotelis capita non habent Averroes in primo Collectaneorum, Andalusios philosophos in tam vano commento gloriosos scribit, ut studiosorum intervirent ineptia: sibi verò Aristotelis *πα*

tris philosophia imitatione neutquam placere. At idem tamen contextus numeric etiam distincti, qui ita se ad capita habens, E uti capita ad libros: & si distincti per libros universali ordini inferuit, quidni particularibus methodis distinctio per capita, uti methodi partibus singulis ipse contextus?

Interrupta Rhapsodia.

Scripta Prophetarum non contivata serie sunt scripta. Sed aliis temporalibus alia, eaque publicè propofita, ut illic. *Ita 20.* Dominus præcipit: vel etiam privatim exhibita, ut illic Joachim regi Hieremias per Baruch scribam suum libellum offert. Ea postmodum scripta archivis sacris illata, ne perirent à viris piis in unum volumen congesta fuere. Quemadmodum etiam Homeri pœsin primus Hipparchus in unum Rhapsodiaz corpus redegit.

Obscura scriptio.

Brevitas loquendi, & sermonis obscuritas imperiosum quiddam habet: ideoque aptissima est mianctibus utraque, mirificæque prodest, ad animos eorum quibuscum agimus, perterrificandos. Nam ut in tenebris magis timent omnia, quam in luce: sic illa orationis quasi tenebra terribiliora reddunt ea, quæ proponuntur. Idque, ut opinor, fecuti sunt Lacedæmonii, cum ad Philippum ita scriperunt: Lacedæmonii Philippo Dionysius Corinthi. Multo enim fortior, & ut Lucretii verbo utar, penetratior illa brevis fuit, quam si ita dixissent: Dionysius cum aliquando præpositus tyrannus fuerit, uti tu es, nunc tamen Regno exurus præparans Corinthi vitam agis. Vide, ne, dum aliorum libertatem studeas opprimere, idem tibi quoque contingat. Neque distimile illud Demetriadi Locrensis: *Εσσο κίκα* apud vos humi cantant, cum significaret totam à se illorum regionem devastatam iri, Atæas quoque Scytharum Rex hanc olim epistolam ad Byzantinos misisse fertur. Nolite veltigalibus meis detrimento esse, ne equæ meæ ad vos aequatum cant. *Muretus l. 5. Var. lect. 17.*

Demetrius in commentario *περὶ ἰσχυρίων* libenter Thucydidem usum docet casibus obliquis: unde oratio ejus ut brevior, ita quoque obscurior erat. Crebri enim usurpati obliqui casus: quod *παραπομπὴ* vocatur à Græcis, efficiunt orationem breviorum. *Victorius lib. 10. Variarum lect. cap. 10.*

*Κατακλιμένη ποίησις*, id est, Carcini poemata. Dicebantur ea, quæ viderentur obscurius, & inflat ænigmatis dicta. Carcinus poeta quispiam fuit, in quem jocatur Aristophanes in comœdia, cui titulus, *ἔπειλα*.

*Ἐβδμήντος ἰσος* quævis nō *καπιτάκια* *ἰσος*, id est, Qui visus felicior vel Carcini sibilis.

Is finxit Orestem ab Illo coactum, ut matricidium confiteretur, per anigmata respondentem, auctore Suida. *Erasmus in Adagiis.*

Corinna Pindari oppido etiamnum juvenem, & facundiam ostentantem corripuit, ut in certam, nec fabulas condentem, quod ad poetices munus spectat. Lingua abufiosus, interpretationes, modos, numeros rebus ad oblectandum fuggerit. Quibus dictis magnopere Pindarus animum intendens hoc carmen fudit.

*Ἰνσων, aut Meliam sagittis cum aureis, Cadmivov sacrum, aut Spartaviatum genus, Aut Herculis robur præcellens vincere.*

Quod ut Corinna ostendit, ridens illa, Manu dixit semen H spergendum, non toto culco. Quippe revera collectitiam quandam fabularum Pindarus farraginem congestit, atque in hoc carmen effudit. *Plut. de gloria Atheniensium.*

*Κορυφαίως* Aristophanes appellat Æschylum, quasi præcipitorum auctorem, ob grandia vocabula. *Suidas.*

Aristoteles à multis propter obscuritatem damnatur. Verum non intelligit illi, aliam esse rei, aliam verborum obscuritatem: & aliud esse obscure loqui, aliud artificium calare, cuius ignorantia densissimas tenebras intellectui offundere solet, ut ea, quæ aperta alicuique & manifesta sunt, obscurissima esse videantur.

P. Nigidius, qui M. Varroni, & Ciceroni contemporaneus fuit, vir in omni revere literarum doctissimus, multa scripsit, & cum Varrone de palma certavit, quæ tamen propter obscuritatem ut inutilia intercederunt. *Gellius libro 19. cap. 14.*

Quælius Tubero à causis ad jus civile transit, & A. Offilio operam dedit. Multos in Jure reliquit libros sermone

etiam antiquos usus affectavit scribere, & idē parum libri A ejus gratia habentur.

D. Paulus, organum Evangelii selectum, multa obscuro tractavit, propter rerum subtilitatem. Decet ipsum D. Petrus, secunda suae epistolae capite tertio, inquit: Quomodo noster cariss. Frater Paulus, pro ea, qua donatus est, sapientia, vobis scripsit, & in omnibus epistolis, de hisce rebus in eis loquens: in quibus infunt obscura quadam, quae in docti, infirmi que, ut & caetera scripta, in suam perniciem detorqueant.

Herophilus medicus de Pulcibus arteriarum scripsit, miranda arte. At propter nimiam subtilitatem desertus est. *Philonius l. 11. cap. 37.*

Ineptia.

Ephorus Cumanus, qui accepit disciplinam ab Ilocrate, cum in narratione aliarum rerum non haberet res a patria gestas, quas commemoraret: nec imperare sibi posset, ut indicam relinquere in hanc vocem erupit: *καὶ τὸν αὐτὸν οὐκ ἐπινοήσας ἡρωϊκὸν ἔργον ἔργον.* quod animadvertum ab acutis ingenis rium ipsis movit: & nedum dignitatem aliquam obscuro oppido verbis illis afferret, magis ipsius ignobilitatem paratefecit. *Videtur lib. 18. Var. lect. cap. 4.*

T. Livius in 10. libro ab Urbe condita, quo adversam pugnam Cleonymi, duci Lacædæmonii, cum Venetis exponit, narrat, cum exutum magna parte navium studio celebrandi suos. Quamvis enim casus ille memorabilis fit, resque omnino scitu digna, non libenter tamen solet ille auctor aliena facta cum rebus Romanis immiscere: ut ipsemet pluribus locis ostendit. Nam quod addit: Roftra navium, spoliisque Græcorum, in æde Junonis veteri fixa, multos superesse, qui viderint: ac Patavii monumentum navalis pugnae, eo die, quo pugnatum est, quotannis solemnem certamine navium flumine in oppidi medio exerceri: manifestò indicat voluntatem suam: neque enim tam minutas res gravis scriptor tanta diligentia persecutus esset. *Videtur lib. 18. Var. lect. c. 4.*

PERSONÆ RESPECTU CONSIDERATA SCRIPTIO.

Quo tempore Scriptores.

C \* Primus Ecclesiasticae historiae scriptor Moyses fuit, qui scripsit Pentateuchum circa annum mundi 2480. ut quidam computant, Constatque ex quinque illis libris, quantus ille vit fuerit.

Sunt, qui Job ante Moysem vixisse, & scripsisse contendunt, quantum velint Moysem librum Job in ordinem redegerisse. Alii cum D. Hieron. melius Moyse posteriore contendunt. Moyse successore Josue, junctus *S. Isidorus l. 6. Orig. c. 2.* historiam suam scripsit, quæquam Efdras, aut Samuel nonnulla de ipsius morte, & sepultura adjecerunt.

Secuti hos Samuel, David, Salomon, Efdras, & caeteri Prophetae.

In Lege nova Lucas Evangelista Acta Apostolorum conscripsit. Reliqui Evangelistae Evangelia sua, aliique nonnulli alii. Post Apostolorum tempora scripsere Ignatius, Dionysius, Martialis, Clemens, &c.

De profanis autem Scripturibus, dubium non est intanta veterum scriptorum copia primum aliquem fuisse, qui animi sui sensa posteritati scriptis commendavit. Cujus diligentia, ut nulla re alia, ipsa certe inventione, & vetustate commendari debuerat.

D Prometheum temporibus Judicum Hebraeorum apud Græcos celebrem fuisse tradunt, qui primus invenit grammaticam philosophiam: id est, literatam sapientiam. Is homines finxisse dicitur: quod effecerit, ut rudes, atque indocti illi sapientiam cognoscerent. *Suidas.*

Pherecydes Sirus prius pedestri oratione scripta edidit. Hoc tamen alii tribunt Cadmo Milefo. *Suidas.*

Omnium primus Anaxagoras, teste *Laertio*, librum ab se scriptum edidit. *Gellius vero libro 6.* scribit, Pisistratum tyrannum omnium primum libros publicè legendos præbuisse. Sed profecto quis non videt perperam Græcos hominum genus in sui laudem effulsißimum, hanc sibi gloriam vindicare? qui ut *Iosephus contra Appionem* perspicue demonstrat, recentissimi sunt. Ex quo haud dubie multo ante Græcos, antiquissimi Hebraeorum, qui sacram historiam scripserunt, & Aegyptiorum sacerdotes, vel Chaldaei libros ediderunt: atque ita Anaxagoram, & Pisistratum apud Græcos tantum, primos

foras edendos libros curasse, credibile est. *Polyd. lib. 2. cap. 7. de Regum invent.*

Latus Hermonieus primus scripsit de Musica, & Dithyrambos in certamen primus invenit. Primus Cyclos choros instituit. Oden quoque *αὐτοῖς*, id est, sine litera scripsit: & hymnum similem in Cererem. *Cyrindus.* Quo ætate Scriptores.

Juvenes.

Eupolis Sospolis F. Atheniensis septendecim natus annos septendecim fabulas exhibuit, septiesque vicit. *Suidas.*

Menander Comicus supra ætatem excellens, cum apud suos invidia laboraret, produxit in theatrum suam prægnantem, epusque ex eodem uterum in Euripum projecit. Ibi cum porcelli ductu naturæ agerentur: Atheniensis, inquit, viri, si in teneris annis meam scientiam miramini, istos natæ quis docuit. Ex Theod. Priscano *lib. 4. de Physica scientia, Gyrindus. Dial. 7. Hist. poet.*

P. Virgilius Maro poëticam puer exercere cepit: & in Balistam ludimagistron ob infamiam atrociorum lapidibus cooperum distichon fecit. Mox etiam Mœretum Epigrammata, Diras Culicem anno xv. scripsit. *Donatus in ejus vita.*

Hermogenes Tarsensis Rhetor annos natus xix. artem F scripsit. *Vide Tit. Rhetorum.*

Gordianus Junior, puer adhuc poëmata, & soluta oratione de laudibus Deorum scripsit. Præterea in Athenæ Romæ sæpe magna cum laude declamavit: mox patri legatus in Africam missus est. *Lampridius.*

\* S. Thomas Aquinas, & Albertus ipius præceptor, à prima penè ætate sacras literas excolerunt, & eruditissimi scriptis suis Ecclesiam illustraverunt. Siquidem Thomas anno ætatis quinqueviginti diem vitam obiit, Doctoris Angelici titulo decoratus.

Senes.

\* Moyses anno octogesimo vitæ suæ suscepit principatum Hebraeorum Dei mandato, unde conitac in matura ætate scripsit Pentateuchum.

Josue, qui obiit anno ætatis 110. & solum annis 26. populum rexit, non nisi sub vitæ finem scripsit historiam suam.

S. Lucas Evangelista sub annum vitæ 80. scripsisse existimatur: pervenit autem ad annum 84.

Etiā S. Augustinus usque ad decrepitam ætatem scripsit, teste *Pollidonio in vita.*

Sophocles, cum rerum natura gloriosum certamen habuit tam benigne illi mitifica opera sua exhibendo, quam illa opera ejus tempore liberaliter subministrando. Propè enim centesimum annum attingit, sub ipsam transiit ad mortem. Oedipode Coloneo scripto: qua sola fabula omnium ejusdem studii poëtarum præcipue gloriam potuit: ejusdemque parodo in judicio recitata, ab amentia crimine sese liberavit: idque ignotum esse posteriori filii Sophoclis noluit sepulchro patris hoc ipsum insculpendo. *Valer. Max. lib. 8. cap. 7. in Plat. Aristenistradi. resp.*

Ilocrates anno uno, vel ut nonnulli perhibent, quatuor ante mortem, scripsit orationem Panathenæicam, Panegyricam decem annis, alii volunt quindecim, quam cum ex Gorgia Leonino, & Lysia fuisse mutatum: Orationem de antidoti duos & octoginta natus, orationes contra Philippum brevi ante obitum. *Plat. in vita Ilocrati.*

Socrates nobilissimum librum, qui inscribitur *παραδοκὰς*, quartum, & octogesimo annum agens (ita ut ipse significat,) composuit, opus ardens spiritus plenum: & superiunt operi annos quinque. Ex quo apparet, senescentibus membris eruditorem, intus animum, industria beneficio, florem inventæ retinere. Neque hoc stylo terminis vitæ suæ clausit: namque admirationis ejus fructum quinqueennio percepit. *Val. Max. lib. 8. c. 7. in Sab. lib. 1. c. 7.*

M. Ter. Varro humane vitæ exemplo, & spacio nominandus, non tam annis, quibus seculi tempus æquavit, quam stylo vivacior fuit. In eodem enim lectulo & spiritus ejus, & egregiorum operum cursum extinctus est. *Valer. lib. 8. cap. 7. in Blondus lib. 4.*

Aconius Pedianus grammaticus, atque historicus, cum septuagesimo ætatis suæ anno oculis captus esset, atque ita duodecim annos vixisset eleganter, quædam historiam, diligentia, atque industria superato ætatis, atque oculorum impedimento, perscripsit. *Fulg. lib. 8. c. 7.*

D. Augustinus, sive morbi pernicia, sive doloris ob offessam patriam à Genesio victus, migravit ad caelos, libris Julia-

Juliani hæretici Pelagiani respondens, & gloriose ( ut inquit A Prosper) in defensione Christianæ gratiæ perseverans. *Signon. lib. 12. Imp. occid.*

Qua occupatione. Qui scripserunt, dum Militant in castris.

Quanto in pretio fuerint apud veteres scripta Polybii, & quam plena prudentiæ, consilii que existimata, hinc etiam intelligitur, quòd M. Brurus in medio ardore belli civilis paulò ante, quam pugnam est in campis Pharalicis, cum in castris Pompeii esset, epitomen ipsorum confecit. *Videtur lib. 21. Variar. lect. cap. 1.*

Audiunt in Sobolis.

Jafon Jure Confis. inter docendum sæpè hoc repetebat: Solus calamus juvat legistam, & Barbara discipulis hortari solebat, ne parcerent calamo. *Jo. Nevianus Silva nupt. lib. 5.*

Quo studio. Scripta, alia, Extempore antea, & innoxiè.

Septuaginta duo Seniores ab Eleazaro Pontifice Hierosolymitano ad Ptolemæum Philadelphum missi Alexandria in insula loco amenissimo legis versionem intra septuaginta dies absolverunt, cum manè ferina maria aqua lotis manibus B opus aggredirentur, & usque ad horam diei nonam ibi conversarentur, reliquum tempus curando corpori impenderent. *Iosephus lib. 12. c. 2.*

Vide Locum de Poësi, Carmine. Elaborata, & innoxiè.

Homerus solus hominum fastidium devitavit, quòd semper novus fit, & venustate floreat. Attamen cum illud de se ipso prædicasset:

— *ὄψιν δ' ἡ μοι ἴσιν,*

— *αὐτὸν ἀπὸ Κίμωνος ἐπαυτὸν ἰσοδυναμῶν.*

— *μὴ μοι ἴσιν ἡ μοι ἴσιν.*

— *Πρακτὰρ δὲ κίμωνος ἐπαυτὸν ἰσοδυναμῶν.*

Declinat, & veretur imminente omni orationi fatietatem in alia ex aliis narrando, aures ducens, fastidiumque detrahens novitate. *Plur. de Garrul.*

Thucydides in bello Peloponnesiaco tanto flagravit veritatis studio, ut mercedem eis præberet, qui rem gestam verissimè nunciassent. Dictionis genere utitur brevi & obscuro, ad eò etiam proverbio locum dedit, *ἐπιπλοῦν ὁ δὲ λόγος*, rifeleo: quoniam in Cylonio scelere explicando, consuetio aperior & faciliore esse videtur. Eapropter Quintilianus narrationem istam mirari non desinit, ededicendam summa cura junioribus præcipit, ut facilitatem eandem, sive, ut Græci dicunt, *συσπλοῦν* stylo valeant exprimere. Scribit Aphetonius: Nihil quidem in rebus esse oratione præstantius: rursum, in oratione nil Thucydide fastidiosius. Siquidem Herodotus in historia voluptatem habet, veluti scopum, inde fabulator homo dicitur quandoque: hic autem varietatem: quæ quantum ipsam præcessit gratiam, tanto Thucydides Herodoto præstantior Plutarchus in eorumdem comparatione. Verum (ut propemodum Marcellino credimus) cum Homericeam æmulari instituisse economiam, Pindari verò sublimitatem, atque magnificentiam, ex industria obscuritatem affectavit, *ἢ τὰ μὴ γὰρ αὐτὸν ἔβασεν*, id est, non cullibet fore pervius, indeque vilior fieret, si omnes in potestate illius historiam haberent. Antiquius longè viro fuit, prudentioribus modò comprobari. Certè *ὁ πρῶτος ἰσχυρὸς*, nuncupatum novimus, *καὶ τὸ ἰσχυρὸν*: sicuti Poëtam Homerum. *Cælius lib. 13. cap. 19. Antiq. Lecl. Ille* certè oratione ubique ad hanc evidentiam contendit, ut audientem tanquam spectatorem faciat, stuporeque, & animorum motus, quibus percipi fluerent rerum contentplacientes, legentibus affectat imprimere. *Plur. de gloria Athen.*

Euripides Alcestidi Poetæ Tragico obitanti, quòd triduo tria tantum carmina composuisset, se verò centum: respondit: Sed hoc sufficit, tua triduo tantummodo, mea verò in omne tempus sufficiunt. Sic triduum suam laudavit, & Alcestidis rudem celebritatem damnavit. *Cyrindus, dial. Hist. poet.*

Chrypsius Stoicus *κατακτά* volumem exactissimè subtilitatis ante XL. ætatis annum ceptum, LXXX. demum absolvit. *Val. Max. l. 8. c. 7.*

Demades orator clarissimus joci solebat in Demosthenem, quòd caeteri quidem oratores dicent ad aquam, ipse vero ferberet: taxans eum, quòd nunquam nisi de scripto diceret, atque etiam esset *ὁ πόρνος*. Contrà Demades, ut largius L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

bibeat, ita valebat ex temporali dictione. Rhetores olim dicebant ad clesydram.

P. Virgilius Maro cum Georgica scriberet, quotidie meditato manè plurimos versūs dictare solebat, ac per totum diem retractando ad paucissimos redigebat: urfam sese imitari profectus, quæ lambendo informes catulos effigiaret. Aeneida profatica prius oratione composuit: quædam etiam levissimis versibus descripsit, quos per jocum pro tigillis, vel tibiciniibus interponi a se dicebat ad sustinendum opus, donec solidæ columna advenirent. Bucolica septennio Neapoli: Aeneida undecimo anno, partim in Sicilia, partim in Campania perfecit. *Donatus in ejus vita, in Gellius lib. 17. c. 10.*

C. Julius Cæsar rerum suarum commentarios reliquit: Gallici, civilisque belli Pompeiani, de quibus Cicero sic refert, Commentarios scripsit valde quidem probandos: nudis sunt, recti, & venusti, omni ornatu orationis, tanquam vestis detracta: sed dum voluit alios habere, paratam unde sumerent, qui vellent scribere, historiam, inceptis gratum foras fecit, qui illa volunt calamitatis incurrere: fanos quidem homines à scribendo deterruit. De eisdem commentariis Firencis ita prædicat: Ad eò probantur omnium judicio, ut præcepta, non præbita facultas scriptoribus videatur. Cujus tamen rei major nostra, quam reliquorum est admiratio. Caeteri enim quam bene atque emendatè, nos etiam quam facile, & celeriter eos præscripsit, scimus, *Sueton.*

\* Aulus Persius minus elaboratæ scriptiois symbolum hoc F versu tradit: quod scilicet,

Nec pluteum cædit, nec demorsos sapit ungues.

desumptum à more illorum, qui rem aliquam diligenti indagine scrutantur. His enim familiare, meditando ungues dentibus mordere, quales Lovanii plerique novi, qui penè exungentes erant; aut pulpitem cadere manu, si non ea menti occurrerent, quæ vellent, dum limæ superæ intendunt. Sic apud Horatium legitimus in sermonibus:

— *sed ille*

*Si foret hoc nostrum fato delapsus in ævum,*

*Detraheret sibi multa, recideret omne, quod ultra*

*Perfectum traberetur, & in versu faciendis*

*Sæpè caput scaberet, vivos & rodere ungues.*

Diligens.

Carnædes Cyrenæus, novæ principis Academiæ, scripturus G adversus Zenonis Stoici libros, vel certè cum Chryssippo disputaturus, caput helleboro prius davgavit, ne quid ex corruptis in stomacho humoribus ad domicilium usque animi redundaret, & constantiam, vigoremque animi labefactaret. *Gellius l. 16. c. 15. in Plim. 5. c. 25. Val. Max. l. 8.*

Chrypsius octogesimo anno, ceptum ante quadragessimum *κατακτά* exactissimè subtilitatis volumem reliquit, cuius studium in tractandis ingenii sui monumentis tantum operis, laborisque sustinuit, ut ad ea, quæ scripsit, penitus cognoscenda, longa vita sit opus. *Val. Max. lib. 8. c. 7.*

Diodorus Siculus Græcè historias scripsit sub Augusto Cæsare, quas Bibliothecæ in scriptis: in eoque opere absolvendo triginta annos orbem peragrans consumpsit. *Eusebius* eum sub Julio vixisse ait, 180. Olymp. Comedias multas scripsit.

Crispus Salustius, nobilis veritatis historicus ( sic enim de illo apud auctores verissimos scriptum video) quòd fidelius res Africa complecteretur, libros Punicos perquisivit: peregrinamque linguam, per interpretem, flagranti studio scrutatus est, quin & maria transgressus dicitur, ut oculis suis crederet de conditionibus locorum Bellum Jugurthinum, conjugurationemque Catilinae compendioso, & ad unguem, ut dici solet, castigato complexus est stylo: sed nullo celebrior quam historiæ librum, qui amissus est, veterum quidem testimonio illustris apud nos solo jam nomine superites. *Petrarcha de Studio.*

Augustus Cæsar, genus eloquendi fecutus est elegans, & temperatum; vitatis sententiarum ineptis, atque inconcinnitate, & reconditorum verborum, ut ipse dicit, fetoribus: præcipuamque curam dixit, sensum noni quam aperitissimè exprimere. Quod quò facilius efficeret, aut necubi leoborem, vel auditorem obturbarret, ac moraretur: neque præpositiones verbis addere, neque conjunctiones sæpius iterare dubitavit, quæ detracta afferunt aliquid obscuritatis, etiam gratiam augent. Ad epistolas omnes horarum quoque momenta, nec dici modo, sed & noctis, quibus data significarentur, addebat. *Sueton.*

Galenus incredibili studio omnem ferè simplicium medicamentorum, de quibus veteres aliquid scripserant, materiam videre, & cognoscere voluit: eamque ob causam de simplicibus medicamentis conditos à se libros annis prescit undecim, donec incompetta quadam sibi adhuc exploraret. Et ut, tum nova quaedam videret, & exquisitissima in unoquoque genere sibi compararet, navigavit in Cyprum, Lemnum, Cretam, & Palagistinam Syriæ: ad quæ verò loca proficisci ipse non potuit, inde sibi adferri curavit. Itaque in opere de componendis medicamentis secundum genera: Adhorrer (inquit) amicos omnes, si artis opera pulchre obire voluerint, ut me imitentur: qui ex omni natione quotannis præstantissima medicamenta, ut mihi adferantur, curo: eò quod perditis illi omnigenarum rerum coemptores illa in dies adulteris contaminant. Dierum quoque criticorum diligentem explorationem fecit, prius quam artem traderet: non cum ita movit Hippocratis auctoritas, ut fidem illi absque confirmatione sensus de rebus omnibus simpliciter haberet. Gesner. in ejus vita.

Rabanus Franco Abbas Fuldenfis Poeta scripsit inter multa alia ad Ludovicum Pium Imp. de cœlesti immortalis Imperatoris nota carmen insigne: æmulatus Porphyriationem, qui ad Constantinam Maximum idem scripsit, cujus Hieronymus non sine laude mentionem facit. Literæ carminum singulæ ita componitæ fuerunt, separatum ut calces, media, capita versuum, sursum, deorsum, in orbem quoque lecta, quoque versus, metra referunt. lib. 4. Annalium Boiorum. Hoc carminis genus laboriosissimum. Eustathius Iliad. d. nisi fallor scribit vocat: quasi telam dicas, cum ut illic fila, ita hic literæ quoque versum lectæ verbum faciunt.

Negligens. Metrocles Hipparchiz frater, quæ Crateri nupsit, & Crateris discipulus, libros suos, quos sub Theophrasto composuerat, combussit, inquitens: id est, inquit, quæ non sunt, nunquam combussit, nisi diligenter in eis summam desiderasset. Laert. lib. 6. Plato juvenis adhuc tragedias scribere aggressus, jam certamen Dionysiacum initurus erat: verum audito Socrate, et jamque philosophia captus, poemata sua exussit, inquitens: *ὅτι αὐτὸν μὴ εἶδον, ἢ δὴ αὐτὸν οὐκ ᾔδεικα.* Huc ades, Vulcanæ, tua enim opera Plato indiget. aertius lib. 3.

Augustus Imperator exorsus est tragediam Ajaxem, multo majore impetu quam successu: quæ accidit, ut deleto carmine, rogatus ab amicis. Quid Ajax ageret? respondi se dicitur, Ajaxem suum spongia incubuisse. Ad ejus viri exitum alludens, quidam Trojam ferro incubuit. Sueton. & Sabell. lib. 1. Enn. 7. Innumera volumina Chryppus Stoicus scripsit, teste Laertio. Vehementer tamen illi & iudicium, & memoria defuit: temerè enim quequid incidit: accumulavit, totaque volumina plerumque resimionis complevit: ut si quis aliena detraxisset, vacuus Chryppii libros reliquisset: & memoria tam fluxa fuit, ut eadè de re oblitus, quid antea scripsisset, superius idè scriberet. Demegligentia quorundam in scribendo, dum modò multa scribent, scribit Horat. lib. 1. Serm. sat. 10.

*— si quis pedibus quid claudere senis, Hoc tantum contentus, amet scripsisse ducentos Ante cibum vestis, totidem cœnavit: Hetrusci Quale fuit Cassi, rapido ferventibus anni Ingenium: callis quem fama est esse, librisque Ambustum propriis —* Eiusdem fuit ordinis Lucilius, qui testè eodem lib. Sermonum, *— in hora sæpe ducentos, Ut magnum, versus dictabat, stans pede in uno. Cum fueret lutescens, erat, quod tollere velles, Garrulus, atque piger scribendi ferre laborem. Si foret hoc nostrum fato dilatus in ævum, Detereret sibi multa: recideret omne, quod ultra Perfectum traberetur: & in versu faciundo Sæpe caput scaberet, vivos & roderet ungues.* Virgilium Georgicorum tertio nullum verbum de subius manufactis fecisse (quorum tamen curam, studiumque magnum fructum afferre rusticis, Varro de Repecuaria docet) vehementer miratur. *Videtur lib. 17. c. 11. Var. lect.* Origenes Adamantius, & Zoroastrius propter multitudinem scriptorum dictus, cum id potius spectaret, ut multum, quam ut penicillatè scriberet, plurimis erroribus occasione inconfidrata scriptione videtur dedisse, & Chiliastrum simul, atque Arrianorum furoribus argumenta suppeditasse. Idque jure ei obvenisse Suidas ait, qui Salomonis præcepto, in Multiloquio vanitatem esse prædicantis, parare recusat.

Arnoldus Villanovanus Medicus, & Philosophus clarissimus, quæcumque semel scripserat, ea relegere, & sub incudem Erevocare minime sustinebat, seu quia illa contemneret, seu quia novis commentationibus tantum incumbendum putaret. *Symphorianus Campesius in ejus vita.*

Magnus Sforcia, sua manu nunquam epistolas, nisi tumultuatis, ridendisque literis perscripsit: adeo ut ipso distante ab Amanuensis exaratas, quodam symbolo potius, quam descripto nomine subnotaret, & mitteret. *Jovius in ejus vita. Facilis.*

Æschylus, ut refert *Plutarchus*, in *Symphociis*, tragedias suas potando scripsit. P. Ovidius Naso Sulmonensis forensi studio patris voluntate, quamvis invitus sepe primis annis addixit. Ac mox pro odiosa legum repetitione, & iucundissima, & elegantissima carmina didicit, Sic ipse in 4. *Tristium*: *Sponse sua carmen numeros veniebat ad aptos: Et quod tentabam dicere, versus erat.*

Qua occasione, sive, Temporis.

Antipater cum nec vellet, nec posset congruere cominus F cum Carneade qui magna vehementia invehebatur in Stoicos, semet ad scribendum vertit, multosque libros edidit maledicos, & ineptos, in quibus passim contradicebat Carneadi. Hinc vulgò cognomen adeptus est, *καταποδός*, quod non lingua, sed calamo vociferaretur. *Plat. *ἄνεγξ δὲ ἀδὸν ἄγας. Loc.**

Plautus in pistrino comedias scripsit *Vide Tit. Pauperate non impediri à studio.* \* S. Thomas Aquinas missus à Gregorio X. ad Concilium Lugdunense, in monasterio Fossæ novæ in morbum incidit, & ægrotus, lecto que decubens Canticum Canticorum explanavit. *Breviar. Rom.*

NON OBITA SCRIPTIO. QUI NIHIL SCRIPSERE.

Causa intermissæ, vel neglectæ scriptio ad diversos habitus reduci potest. Nam qui nihil scribunt, vel indolenti sunt, vel docti. Indolenti rursus ignorantia laborant, aut *κατὰ ἐνόησιν*, aut *κατὰ δὲ αὐτὸν κατὰ ἀνοήσιν* indolenti, nihil scribunt, quia redè scribere nequeunt, *κατὰ δὲ αὐτὸν*, verò indolenti *σοφιστὰ*, ut in aliorum scriptis reprehendere audeant sunt, sic astutè à scribendo superstant, ne ignorantiam suam prodant. Docti porò, qui redè scribere possunt, nihil scribunt, consilio vel laudabili, vel vituperabili. Laudabili quidem, ne discipulas in scientias indignis prostituant. Vituperabili verò, aut propter invidiam, & laboris fugam: aut propter ambitionem, ut silentio auctoritatem suam foveant, & ampliore reddant: aut propter invidiam, quia verum cognitionem reliquis invident: aut propter nimiam diligentiam, cum sibi ipsi nunquam satisfaciunt, malintque posteritatem suis fraudari scriptis, quam levem negligentiam reprehensionem incurvere, qui affectus ad ambitionem referri debet. Viri boni, bona sua non celare, eaque viva voce suis saculi hominibus, & scriptis posteritati communicare. Imperfecta multa quidam quid in hac vita perfectum? In genere igitur Exemplaria, qui nihil scripserunt, quocumque tandem consilio id fecerint, recensetibus. Lycurgus interrogatus, Cur legibus scriptis non esset usus? Quod instituit, inquit, & informati recta disciplina, quod tempori conveniat, probent. *Plut. in Apoph.*

Thales Milesius nullum ingenii sui monumentum reliquit secundum quosdam. Alii duo solos libros cum scripsisse ajunt, de Conversione & Aequinoctio: quod cætera cognitum facilia esse diceret. *Laert. in ejus vita.*

Theocritus quærenti, Quare libros non scriberet? respondit: Quoniam ut libet, non possum, ut verò possum, non libet. Hoc aliis Aristarcho grammatico tribuit. *Stobæus, ser. 19. ex Aristone.*

Laertius ex Philosophis recenset quosdam, qui nihil scripserint, lib. 1. ut sunt, Socrates, Stilpon, Philippus, Menedemus, Pyrrho, Theodoros, Carneades, Bryo, Pythagoras, etiam secundum quosdam, & Aristò Chius. Socrates certe literas pestem memoriæ dicebat esse, quod iis freti homines, memoriæ exercitia negligunt.

Socrates roganti, Cur nihil scriptum ederet? respondit, Quia video chartam multo preciosiorem, quam ea, quæ scribendo forent. Ex Aristone recitat *Stobæus serm. 19.*

Plato

PLATO Philosophorum deus, in Epistolis suis nihil se fuorum scripsisse asserit, sed Socratis tantum placita: eaque propter in Dialogis suis alios ferè disputantes introducit, ut non ex sua, sed ex aliorum sententia differere videretur. Modestiz hoc alii tribuunt, alii prudentiz, ne facilè à quoquam reprehendi posset. *Laert. lib. 3.*

ARCESILAS Pitaneus, Crantoris discipulus, qui primus mediam Academiam secutus est, nullum librum scripsit, quòd æquè de omnibus dubitaret. Alii verò asserunt, deprehenfum enim quaedam emendantem indoluisset, & scripta sua (ne aliquando erratè videretur) flammis tradidisse. *Laert. lib. 4.*

ARCHIMEDES de arte Machinaria, in qua fuit excellentissimus, nihil scripsit. *Plutarchus in Marcello.* Circumfertur tamen ejus liber hodie de Mechanicis.

ARISTARCHUS Grammaticus omnes reprehendebat. Ipse interim ne à quoquam reprehendi posset, nihil unquam scribere voluit. *Vide Tit. Grammaticorum.*

ASINUS Pollio. *Vide Tit. Rhetorum.*

M. ANTONIUS orator clarissimus, nullam orationem edere voluit, ut si quid superiori judicio actum ei, quem postea B defensusus esset, nociturum foret, non dictum affirmare se posset. *Valer. Max. 17. c. 3.*

DOMITIANUS Imp. nunquam stylo operam vel necessariò dedit: Epistolas orationisque, & edicta aliam formabat ingenio. *Sueton.*

PHAVORINUS Philosophus cum ipse nihil scripsit: plutarchum synchoron sumum ob multam scriptionem reprehendere solebat. Sed melius Chronofem Reipub. literarum consuluisse, quam Arelatenfem, nemo non judicavit. *Vide Tit. Philosopherum.*

LAZARUS Bonamicus Patavinæ scholæ in humanioribus literis splendor, Orator, & Poeta summus, docendo quidem affluens, scribendo nullus, quod chartarum pictarum ludo, & a lea commentationibus debitum tempus absumeret, *Bernardus Scaevola 12. Historie Patavina.* Hic est, quem cum alienorum scriptorum censorem acerrimum esse Erasmus Rotterdamus audiret; per jocum pro vocabat: Lazare, veni foras.

SCRIPTIONIS ΠΤΑΑΚ II. HUC REFERUNTUR. SCRIPTA EDITA.

Exempla occurrunt innumera, cum vel Salomonis Regis Judæorum seculo faciendorum librorum nullas fuerint numerus, quod Ecclesiastes testatur.

A. Gellius scribit Alexandria milia voluminum septingenta per milites combusta esse. Jo. Zonara, cognomento Monachus, sincerè fidei Historicus refert, Bizantii sub Zenone entus, & viginti librorum milia gravissimum incendio perisse. C. Galenus ab initio generalis medicaminum compositionis scribit, duos ejus tractationis priores libros sibi interitose in conflagratione templi Pacis, quæ etiam Palatii Bibliothecæ invasit, & codices plurimos in cineres vertit. Idem ubi libros proprios recenset, de scriptis Menodoti Severi libros undecim sibi compositos asserit. Didymus Alexandrinus Grammaticus, qui Cicerois ætate floruit, Chalcenteros ab afflido labore luebrandi dictus, plus quam tria milia, & quingenta Volumina consecisse fertur. Origenis ecclesiastici scriptoris librorum sex milia divus Hieronymus se legisse testatur. Theophrasti trecenta Volumina numerantur. Chryppii septingenta, Empedoclis tria, & quadraginta, Attæi Capitonis Consulis sexaginta, Servii Sulpitii centum, & octoginta de Jure civili, Galen. de Medicina centum, & triginta. *Conrad. Gesnerus in Præfatione Bibliothecæ.*

SCRIPTA OCCULTATA, SUPPRESSA.

PYTHAGOREORUM institutum in supprimendis sacris dogmatibus secutus est Numa Pompilius, secundus Rex Romanorum: qui quamvis librorum factorum edidisset, è quibus sacerdotibus ceremonias docuisset moriens tamen eos secum sepeliri jussit sub Janiculo in duabus lapideis arces: in quarum altera cadaver, in altera verò libri recondentur. Quo postea arce P. Cornelio, & M. Bœbio Coss. magna vim imbrium detecta fuerunt, & aperta, librique exusti. *Plut. in Numa.*

PLATO poemata sua combussit, Homeri unicum versiculum imitari desperans. *Vide Locum Imitationis.* Ad Sossibianum Martialis Epigram. lib. 4. *Plena laboratis habeas cum serinia libris,*

Emitis quare, Sossibiane, nihil? Edent heredes, inquit, mea carmina. Quando? Tempus erat jam te, Sossibiane, legi.

Multum illustrari, & augetur poterit presens Locus ex aliis quam plurimis, qui tractant argumenta, sive objecta Scriptiois, Ut puta Arithmetica, Grammatica, & Ethicen, Mathematicam, Poësim, &c. Item ex Loco de Religione, Tu. Prærogativa ordinum multa poti poterunt de Scripitoribus celebrioribus eorumdem.

\* Scriptura Sacra.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

SCRIPTURÆ factæ nomine, quàm Græci ἐπιγραφὰς vocant, intelligitur quiddam Bibliorum factorum volumine continetur. Omnia enim, quæ in Canonem sacrorum librorum referuntur, dicuntur Scriptura sacra, idque tripliciter secundum S. Thomam, quia à Spiritu sancto dictata, quòd materiam continent sacram, quòd denique ad effectum sacrum data fuerint, juxta illud Apostoli, Omnis scriptura divinitus inspirata, & utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudendum in justitia. 2. ad *Timoth. 3. vide infra.* Plena autem definitio SCRIPTURÆ factæ communiter datur, quòd sit doctrina de rebus divinis, Spiritus sancti inspiratione ad nostram utilitatem conscripta, unde patet discerni à traditionibus, quæ à primo suo auctore non scribuntur, discipulis humanis, etiam sanctorum hominum, quia illæ non sunt semper revelatæ à Spiritu sancto: nisi forent decreta Conciliorum, aut definitiones Pontificum, ut apertè tradit *Conc. Nicænum II. Art. 3.*

AUCTOR.

Diximus pleraque Loco de Bibliis, quibus addimus Spiritum Sanctum auctorem esse Scripturæ sanctæ, idcoque dici verbum Dei scriptum, est enim aliud traditum, de quo in Loco de traditionibus. Alii enim Scriptores hagiographi, vocantur calami, & instrumenta Spiritus sancti, quasi scribæ velociter scribentis, dictantis, & inspirantis literas sacras.

Sciendum tamen, Spiritum sanctum non eodem modo distasse omnes sacras literas: nam Leges, & Prophetias ad verbum revelavit, & dictavit Moysi, & Prophetis: historia verò, memoriales exhortationes, quas antea, vel visu, vel auditu, vel lectione, vel meditatione didicerant ipsi Scriptores hagiographi, non fuit necesse inspirari, aut dictari à Spiritu sancto: utpote cum eas jam scirent, & callerent ipsi Scriptores. Sic. *Jo. cap. 19. vers. 35.* dicit, se scribere, que vidit. *Lucas c. 1.* dicit, se scribere Evangelium, quod audivit, & traditione accepit ab Apostolis.

Dicitur tamen Spiritus sanctus ea quoque illis dictasse Primò, quia scribentibus assistit, ne vel in puncto à veritate unquam aberrarent.

Secundò, quia eos excitavit, & suggestit, ut hæc potius scriberent, quàm illa, conceptum ergo, & memoriam eorum, quæ scribebant, non cis ingessit S. Spiritus, sed inspiravit, ut hunc conceptum potius, quàm illum scriberent.

Tertiò, quia omnes eorum conceptus, & sententias ordinavit, digessit, & direxit Spiritus sanctus, v. g. ut hanc sententiam primò, illa secundò, & ita consequenter collocarent, hoc enim propriè est librum aliquem conscribere: & hæc ratione propriè factorum librorum auctor dicitur esse spiritus sanctus.

Et hoc est, quod *Gregor. in Præfatione in Job c. 2.* docet, ipsum Job sua gesta, non sua, fed altiori spiritus sancti manu, sensu, & dictu scripsisse, idcoque de iis non quasi de suis, sed quasi de alienis gestis loqui. Scriptores, inquit, sacri eloqui, quia repleti Spiritu sancto super se trahuntur, quasi extra se ineprosos fiunt, & sic Dei sententias quasi de aliis profertur.

FINIS, ET UTILITATES VARIE.

Pete ex loco de Bibliis. Finis Bibliorum, It' effectus varii. PROFUNDITAS, ET OBSCURITAS. Colligit S. Chryssostomus, ex eo quòd à Deo sint inspiratæ S. literæ, eas profundas, & divinas habere sensus, ac proinde eas non cuivis esse obvias, & claras, sed arcana multa continere, instar fluvii, cujus extima aquarum superficies tantum patet, sub qua interior, ac longè major aquarum copia recondita latet, in qua, & agnus (humilis) natet, & Elephas (superbus) mergatur, inquit S. Gregorius episc. ad Leandrum, quæ præfigitur. *Præfatione in Job.*

P/ra